13 I 1670

Feria Secunda post Festum Sanctorum Trium Regum proxima: Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

Szumowski Wyżyckiemu Cedit.

10 Coram Officio, Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Comparens personaliter Illustris et Magnificus Joannes a Szumow Szumowski Thesaurarius Curiae Regni, Capitaneus Opocznensis, Sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentibus vero Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque Subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Illustris ac Magnificae Hedvigis Laskowska Conthoralis suae legitimae pro cuius ratihabitione facit, ac se praesentibus inscribit nomine, inhaerendo Literis Privilegij Consensus Sacrae Regiae Maiestatis sibi Recognitis et praefatae Magnificae Conthorali suae ad cedendum de bonis infrascriptis gratiose per eandem Sacram Regiam Maiestatem collatis. Quarum quidem Literarum Consensus Sacrae Regiae Maiestatis tenor sequitur eiusmodi.

Michael Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podlachiae, Podoliae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeque; Significamus praesentibus Literis Nostris, quorum interest Universis et Singulis, Rationibus Notorum Joannis Szomowski Thesaurarij Curiae Regni, Capitanei Nostri Opocznensis, et Hedvigis Laskowska Coniugum a Nobis prospectum esse cupientes, Consentiendum eisdem, ac permittendum esse duximus, Consentimusque et permittimus praesentibus Literis Nostris, Ut possint et Valeant toto integro Jure suo advitalitio, quod ipsis super Tenutam Tymbark

nuncupatam

nuncupati, in Palatinatu Cracoviensi sitam, ambobusque in solidum Legitime servit et competit Cedere, illudque Ius in personas Generosorum Ioannis Stanislai Wyzycki, Vexilliferi Kiioviensis, et Cristinae de Zaciwilki Coniugum Legitimorum plenarie transferre et transfundere. Quae quidem Cessio — transfusioque Iuris, posteaquam coram Actis quibuscunque Regni authenticis facta et recognita fuerit, Nos ratam et gratam habituri sumus, Uti illam, quae sub Consensu Nro peragetur, Vigore cuius Consensus Nri Cessionisque coram Actis recognitae, eandem Tenutam seu Bona Nostra Tymbark, cum Villis, praedijs, aedificijs, Curijs, Subditis, illorumque laboribus, Censibus, Dationibus, necnon Agris, pratis, Campis, Sylvis, nemoribus, fluvijs, Stagnis, Molendinis, tabernis, attinentijsque et pertinentijs generaliter Universis, antiquitus ad eamque Tenutam pertinentibus, et prout Supranominati immediati possessores tenebant, dicti quoque Generosi Wyzycki Coniuges ambo in solidum tenebunt, habebunt et possidebunt ad extrema Vitae Utriusque ipsorum, et alterutrius eorum Superstitis tempora. Promittentes Nobis, et Serenissimis Successoribus Nris, non esse Nos, aut Serenissimos Successores Nros, ipsos ab Usu et possessione dictae Tenutae, bonorumque ad eam spectantium amoturos, nec Cuipiam alteri amovendi facultatem daturos, sed salvum et integrum Ius advitalitatis Utrisque et alterutri eorum Superstiti Servaturos, ratione cuiusque advitalitatis, Quartam quentuum partem Ravam iuxta recentiorem Constitutionem et Lustrationem Thesauro Regni inferre tenebuntur, Iuribusque circa Nostris Reipublicae, Ecclesiaeque Catholicae Salvis. In cuius rei fidem praesentes Manu Nra subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Cracoviae in Comitijs Coronationis Nrae die IX Mensis Novembris. Anno Domini MDCLXIX.

Regni Nri primo Consensu ad cedendum Tenuta Tymbark dicta,
Gnosis Joanni Szomowski Thesaurario Curiae Regni et Hedwigi La
skowska Coniugibus, in personas Gnosorum Wyzyckich Coniugum.
Hyeronimus Pieniąże Regiae Mtis Servus. Locus Sigilli Maioris
Cancellariae Regni. Michael Rex. post cuius quidem Privilegii Sacrae
Regiae Mtatis ingrossationem, originale ipsius eidem Illustri
et Magnifico Recognti per officium pns est extraditum. De
omni et integro Iure suo Advitalitatis sup Tenutam Tymbark nun
cupatam, tum Villis, Curiis, praediis ad eandem Tenutam Tymbarcen
spectan in Palatu Cracovien et Distu Sandecien iacen et
consisten, quod sibi Recognti, et pfatae Magnificae Conti suae
vigore Iurium suorum servit et competit: necnon de eisdem
bonis suptis Tenutae Tymbarcen, tum et Villis ad eandem Tenutam
Tymbarcen spectan, ad extremum de quibusuis Privilegiis,
Iuribus originalibus, dispositionibus, Bona eadem Tenutae Tym=
barcen afficien, Summisque quibusuis, siquae in ijsdem bonis
inscriptae, Decretisque Commissorialibus assecuratae, vel locatae
apparuerint, Literis quarumcunque, cum omni pmisso Iure,
dominio, proprietate, competentiaque et praerogatiua quauis,
omnibusque et singulis Iuris pdeli cessi ac Privilegiorum
et Iurium sup bona pfata Tenutae Tymbarcen servien
Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, ligamentisque ac
nexibus in usum omnibus, bonorumque suptorum
et Summarum in eisdem bonis haeren Vtilitatibus fructibus
prouentibus redditibus, commodis, emolumen et obuention
quibuscunque attinentiisque et pertinen generis vniuersi. Nihil
ex pmissis Iuris, dominij, proprietatis, ac cuiusuis Compe
tentiae et praerogatiuae pse Recognte, pfataeque Magnificae
Conte sua, eiusque Successoribus, aut alio quo piam reseruan

et excu preneto, Verum quia p[rae]fata Bona Tenutae Tymbarensis se in suis metis et limitibus ab antiquo extenderunt et p[rae]tendunt, et prout ea q[ue] bona ipsemet R[eveRen]d[issi]mus cum p[rae]fata Magnifica Conte sua tenuit, habuit et possidebat, ipsosq[ue] concernebant, ac eisdem legitime serviebant; Iamex[tu]nc et de facto G[enerosi]s Ioanni Stanislao de Wyzyce Wyzycki, Vexillifero Palatinatus Kiiouiensis, et Christinae de Zaciwilki Coniugibus legitimis, s[ub] accepta ab ipsis p[rae]dictis omnibus plenaria et sufficienti Satisfactione; Cessit et condescendit, prout p[rae]senti cedit et condescendit, omneq[ue] et integrum Ius suum, sibi ad p[rae]missa serviens, in personam eorumq[ue] Generosorum Wyzyckich Coniugum Cessionariorum suorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit et incorporavit, prout per p[rae]sentes transfert, transfundit et incorporat, In quod quidem Ius p[rae]sens cessum, p[rae]missorum omnium et singulorum p[rae]sentes abs cessor Iamex[tu]nc et de facto mutatus R[eveRen]d[issi]mus Illustris et Magnificus Szomowski, Thesaurarius Curiae Regni, mutatis G[enerosi]s Wyzyckiem Coniugibus Cessionarijs suis, dat et admittit cum officio p[rae]sentis realem Intronem et actualem, pacificamq[ue] possessionem, p[er] Ministrum quemcunq[ue] competentem et ubi et quo ordine quacunq[ue] voluerint et fore acceptarent. Per ipsos G[enerosos] Wyzyckie Coniuges, Cessionarios suos, hoc idem Ius p[rae]sens cessum p[rae]missorum omnium et singulorum cum Vniuersis eorumq[ue] Vtilitatibus et Vsufructibus, competentiaq[ue] et porrigatiua quacumq[ue] tenendi habendi et possidendi, illisq[ue] quiete et pacifice Vtifruendi, ad suosq[ue] quosuis beneplacitos Vsusfructus libere et effectualiter convertendi, Iuris p[rae]fati originalis, ea omnia latius in se complectens p[rae]sentisq[ue] cessi et transfusi Vigore. Insuper idem mutatus R[eveRen]d[issi]mus Illustris et Magnificus Ioannes a Szomow

Szomowski Thesaurarius Curiae Regni Capitaneus Opocznensis
se, suosq Successores in et sup bonis suis generaliter omnibus, summisq
pecuniarum quibuscunque habitis et habendis, mratis Gnosis Wyzychom
Coniugibus Cessionarijs suis, et illorum Successoribus inscribit et obli
gat per eandem, mratam Illmam ac Magnificam Hedwigim Laz
skowska Consortem suam legitimam, vel in eventum Mortis Successores
Illius ad approbandam per ipsos Inscriptionem praesentem cessionariam, vel
similem suo prinoteresse faciendam, ad literaque [illegible] authentica
[illegible] perpetuatis in se habendas intra decursum duarum
Septimanarum adducere et personaliter statuere, absque vel
eius Successoribus, praemissa debite exequantur effecere. idq
sub Damnis Terrestribus simpliciter absq corporali Juramento
taxandis et edicendis, pro Nobilitate Illmum et Magnificum Szomow
ski, Thesaurarium Curiae Regni Capitaneum Opocznensem vel
eius posteros, mratis Gnosis Wyzychom Coniugibus, vel
eorum posteris in casu non Statuitionis pronominatae Illmae et
Magnificae Hedwigis Laskowska Consortis suae, vel in eventu
mortis Successorum Illius ad exequendum praemissa pro tempore et loco
superius expressis ad solvendum Succumbendo. quibusq quidem
Damnis Terrestribus simpliciter absq corporali Juramento
taxandis et edicendis modo praemisso ad solvendum Succumbentis, aeque ipsa
praesenti non completa complenda Citatq ex nunc mratq Regno Illmus ac
Magnificusq Thesaurariusq Curiae Regni, suive Illius Successores, ad
instantiam mratorum Gnosorum Wyzychich Coniugum Cessio
nariorum suorum, vel illorum posterorum, ad Officium Castrense Capitaneale
Opocznense, ex tunc receptu supto, quo ad vendum spectat
mediante, Semper in primo Terminis terminis tanquam peremptorio
stareq Juri parere, rendere, Damna praetacta Poena luere,

Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eaq omnia inscribit et obligat praesenti, mum terminis primum peremptorium, uti et alios omnes ex inde consequentes causae eiusdq terminos semper peremptorios vera infirmitate, maiori minorennitate successorum, legatione intra del extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad evictionem, et alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem [illegible] ultra proximos officij illius castrensis capitanealis Opoczneńsis terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones, appellationes, ac eas prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia praedictis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalijs iuris, praecisione terri, bello, conventioneq, ac alijs omnibus iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Haec sua praesenti personaliti recognitione ad praemissa dedit.

Wyzycki Szomowskie Donat et Statuet

10

Comparens personaliter coram Officio, Actisq praesentibus castrensibus capitanealibus Premisliensibus Gnosus Ioannes Stanislaus de Wyzyce Wyzycki Vexillifer Palatinatus Kiiouiensis, sanus mente et corpore existens, a terris, districtibus, iuribus, iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero castrensi capitaneali Premisliensis iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus, ac bonis suis quibusuis omnibus totaliter ac plenarie incorporando atq subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Qui ipse bona sua propria et haereditaria in tractu, nempe totam et integram villam Januszowice, in Palatinatu Sendomiriensi, terra vero et districtu Opoczynensi iacentem et consistentem. Cum omni dominio iure, dominio, proprietate, haereditate titulisq haereditario, cumq omnibus et singulis bonorum eorundemq utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis et emolumentis